

& omnes eius domus existentes circa ipsam in quibus ospitabantur peregrini
 uenientes ad uisitandum sanctum corpus quod uidentes xristiani qui custodiebant
 ecclesiam doluerunt ualde & ipsum regem cum multa instantiam rogauerunt ut
 non deberent ecclesiam et eius domus taliter ocupare rex uero precibus eorum
 non prebens auditum suum propositum totaliter adimpleuit faciens ecclesiam &
 domos impleri tale aparuit miraculum quoniam in nocte sequenti in qua rex
 fecerat implere domos illas sanctus thomas apostolus aparuit cum quada[m] furca
 in manibus quam ad gulam regis apposuit. sic dicens o tu talis si tu non. | si tu non 79r^o
 facis cito euacuari domos meas & de certo facias seruitores meos soluere tibi
 tributum de alboribus quas possident oportet ut mala morte moriaris & dum hoc
 diceret cum furca gulam sibi astrinsit ita quod uisum fuit regi ut penam magnam
 passus fuisset & quasi credidit perijsse & cum sanctus thomas hoc fecisset discesit
 & ipse rex mane tempestiue exurgens euacuari fecit omnes illas domos & retulit
 omnia que sibi de sancto thoma euenerat quod fuit reputatum pro magno miraculo
 & Rex decerto nunquam amplius asumpsit tributum de arboribus nec aliquid a
 xpistianis qui custodieba[n]t locum & ecclesiam ut solitus erat accipere &
 xpistiani tunc multum gauisi fuerunt & multas gratias & honores retulerunt sancto
 thome & multum benedixerunt nomini suo & multa alia miracula eueniunt que
 bene reputarentur magna siquis ea audire[t] refferi & proprie liberare xristianos qui
 sunt uasti de eorum corporibus. Nunc de hoc diximus & dicemus qualiter beatus
 thomas mortuus fuit uerum est quod sanctus thomas erat extra suum eremitorium
 in luco secundum quod illi de partibus illis referunt & suas orationes porgebat
 altissimo deo suo & circa ipsum erant multi pauones quoniam in illa contrata
 reperiuntur plures quam in alia contrata mundi & dum sanctus thomas sic oraret
 quidam ydola adorans | aparuit de progenie gaudi & de suo arcu unam sagitam 79v^o
 ire dimisit causa occidendi unum de pauonibus illis qui circa sanctum thomam
 erant & iste non odiebat eum set dum crederet ferire pauonem percussit sanctum
 thomam apostolum in tibiā dexteram & cum se scensciset uulneratum orauit
 dulciter creatorem & de illo ictu mortuus est set uerum est quod priusquam ad
 locum istum uenisset ubi decesit in nubia multas gentes ad fidem xpisti conuertit &
 qualiter conuertit bene & aperte cum tempus erit dicetur in libro. diximus de
 sancto thoma nunc dicemus ult[er]ius de alijs rebus cum enim nascuntur pueri
 uel puele nascuntur nigri set non ita nigri quemadmodum postea efficiuntur quia
 quando infans natus est unguunt ipsum semel in ebdomada cum oleo susimani &
 illud est quod eos eficit nigros quam nascuntur quoniam ille qui nigrior est pluri
 libet pulcritudine & retinetur alijs melior qui non sunt ita nigri faciunt etiam
 istas gentes pingere & statuere deos eorum & omnia ydola nigra & dyabolum
 album depingunt nam dicunt quod deus & omnes sancti sunt nigri & dyaboli sunt

*nota quomodo sanctus
 thomas fuit percusus
 sagita & mortuus fuit*

adorant ydola